(3) (12)

Causa : id quod influit aliquid in aliud – vult de omni causa

| univers. constit. : ut quo

extrinsecus → causa pratia (2)

agens (4) (5) → per naturam → per se (6) (7) (9) | secundum posse | unicuique naturae : concedendo | naturaliter / acquisite capitur

per intellectum (8) (10) → per imperium → prudenter / propria corpori (12)

nostrum per deliberationem | oratio extrinsecus / oratio cultivata / regni dei

(1) Inficiatur causae velut de omni causa

(2) finis non reducitur in agens (de finibus)

(3) ratio agentis sensibilibus non nisi potentia | non id quod naturaliter videtur in brutis impellens / sed id quod intelligitur : dependentia intelligibilis

(4) agens quo agens non naturaliter → quo corporeo : si tangit, tangitur

→ quo agens : idem actu et omnibus, nam nullus motor immobilis / idem in brevi subiungit alia

(5) agens per intellectum propriissime potest rationem causae : intelligit virtutem suae intelligentiae

per naturam per partes potentiae " " " : est inclinatio intellectus in non intelligibilem / denominatur concupiscentia intellectus super eum

(6) agens per naturam movet plus quam causa per se : agit si debitum conditionem implentis / non potest agere ut conditionem implentis

(7) agens per intellectum non dirigendus per | per se processum | quod est proprie intentionis, sive non est causa per intellectum

(8) agens per intellectum est causa non totum per se sed actionis : quia intelligit, aut facit ut conditionem implentis / non potest non causa per accidens / si non potest, non agit

(9) agens per naturam limitatum ad effectus determinatos generis et speciei

" per intellectum limitatum, ad id quod intelligit et potest et sibi | per imperium / per deliberationem | efficacitate intellectus potentiae

Jos 1[6] Josuet autem imperat nihil Resistitur q 184[3]

(10) agens per naturam limitatum conditionibus materiae (spatium tempus)

" per intellectum limitatum iisdem conditionibus | semina in paragraphis regni limitata imperat / qualitas oeconomiae limitatae

(11) verum est causa actuales quam per se / per intellectum quam per naturam / minus limitata quam magis limitata

(12) erat qui aestimat veram causalitatem ex profundis prospici quia perspicis accedit / ad sensibilem experientiam trahendi impellendi flectendi permendi retinendi

(13) per imperium faciemus motus corporis et membrorum, sanos edemus, medicinae alia corpora, sedentarium / per oeconomiam dom. hosp. indust. commerc. polit. nascimur nutrimur vivimus et omnia per naturales / colloquium legimus addiscimus, emunctis, significamus, cogitamus, colloquimur de regni amici hoc nostra quae salutem nostram vel alterius imperiunt

(14) oeconomia sit proprium agentis per intellectum : Deus non potest elegere nisi sapientia ordinata Plato non potest Jo 5[19] non sapiens 12[49] mm velit 5[30] hos per oeconomiam, sublimandum, [illegible]

Inspiri considerati (corpo)

Oeconomia considerata

(α) • in omnibus duo considerande d rerum naturam quadrata disposita eius

b ipsa totius ordinatio oeconomia

(b) b addit semper a - duo potest facere quidq; contradictionem non importat
Infinita representatio omnia facere
Multis modis (oeconomiis) possibile non complexus ordinem potest

(γ) duplex unius procedendi

a alias generalem de singulis rebus

b alias generalem de concreta plurium complexione (complexionalis id indicio)

d solvendo per omnia alia naturam in concreta reiteratione

b " per " oeconomia " "

eg Newton | anatomia phys | psych. individuals
Hamilton | animus geogr | historia sociologia

valle solvere gg b per multorum d simplicitas,

eg. auctore multi Ham genii singula nomina in considerantes

concreta rerum complexio salvat principiis ordinatoris quae Concomitant non determinantur a legibus singulorum

(δ) considerato oeconomiae saepius relationis brevissimis algebraicis praebet

d valent

b dent rerum rerum intelligentiam

y convenient ab abstractione quae in deceptionem habet

principia oeconomiae non substant
multi ubles ab abbreviationes
scientia ex actu est homo rerum Mat M.

Tempori considerato

divini : omnia potest

Xti : dolet ad mihi omnis potestas in caelo et in terra

nos : in proprium corpus

moderato corpore proximo in alia → motus motus
motus intelligentis ordinatio — finis partis

Agens per whom oeconomian non est voluntas eius quod intendit et obtinet

① Difficultas interdum accidit + voluntas non sequitur voluntatem alias analogia inde tota res explicatur

id quod fit per oeconomiam fit per voluntatem ordinatam agentium | per intellectum per voluntatem

idea semper adest possibilitas alterandi in rebus creatis ligna non cremantur

ut agens per oeconomiam voluntatis mutat alterationis legalem

Solutio quia oeconomia est quia [compositio] diversis dispositionibus ad esse naturale

in consideratione singulorum esse, possibilem facultatem, sufficit substantia

sed id quod facit agens per voluntatem est usus huius dispositionis permanentis

quia dispositio per naturam huic oeconomiae non subtrahitur

② Difficultas exceptis causis agentis sedem possibilis - est intelligibilis dependentia

& ordo analogiae negatur - nimis restrictum | per naturam per ingenium

Solutio causa est non subtrahi per naturam

nec etiam per intellectum

qui non facultatem facit quae vult

sed etiam unde in sub die corporalium est hic oeconomia

quia attentus et voluntas sunt duae causae

Sed ne vera subtrahit intelligibilis dependentia

Non solum haec causa fuit [sicut] quod naturam excludi sed etiam non quod bona veni

quod ansam movi sed etiam quod vas aqua replevi

quod baculus verbi sed etiam quod [radius] depressionem Valleman audivi

Quamvis nihil faci ad naturam navium movendum, ad exstinctum replendum, ad machinam

rationalem instituendam vel ordinandum

ergo per oeconomiam + voluntatem fuit causa actualis

Sicut potuit esse vel causa exterius filiorum quia natura solum fecundat filios

---

quod quod patientis, fuit voluntas (idem de natura artificiali, pomum, navilio, dialogo) sine omnia cognata

non causa moralis : non causat divinam cognitionem voluntatem

non sufficit dicere : Deus vel etiam ordinavit ut non causat patientem quia praefixavit

quia creata per se inutilia per accidens utilia (dispositio regularis, facultas fiducia)

sed agens per intellectum - Deus fecit oeconomiam + fecit ubi voluntas

Nos agimus sedem oeconomiam + causat sicut consequentiam

Oeconomica

1° Historica (Heiligeschichte) → historica → qua sergit
→ qua investigatur actus legibus regulati
→ qua historia quaedam actionum humanarum. → ordinis naturalis
→ ordinis culturalis
→ ordinis spirit. ≡ oeconomia

1) Adam, peccatum originale, protevangelium
2) Vocatio Abrahae, in pro missio, Foedus et populus electus
3) Ecclesia et ecclesia
4) Vita futura

2A Domestica ≙ pars historica

≙ verbum caro factum est
- mysterium Xti
- parabolae
- facies ex auditu
- ecclesia sponsa Christi levatum in gentibus
- sacramenta, liturgia

≙ paroecia ex hominis sensibilibus incursu
ad hominem qui maxime est mens hominis
conversio quae propagatur in conversio → mystici
→ ecclesiae
non quod mundus attendat ad sensibilia sed quia minus sensibilibus
immergitur

3° Parochia

peccatum
- actus humanus malus
- offensa Dei, cum iniuria essentialis
- reatus → culpae
→ poenae : irae Dei

Mediator
- Salvator : Iesus agnitus ecclesiastice
- Sacramentum : cultus
- Verbum : persona apud personam
- deprecatio : quae petitiones fiunt voluntati ; Pater Noster Mt 6 5-7 Lc 11 1-4
- memoriales amicitiae individuales adoptio
- Pascha intelligendum ex Xto qui Christus constituit Ecclesiam
- Sequi eum sub vivacem - mulier unxit eum Xti sepulturam
- Delere ne praedicet resurrexisse pro nos - pro quibus Xtus mortuus est

Celebratio in lege mandatorum
caerimoniarum
institutionis ex Abraham

parentium in credulo evangelio ; Foedus ex auditu
Non indigemus magna Ecclesia sed
Instrumentis orbis praedicta Exodus Israel Rom 4 22

4ª Relations formales

a) habent fundamentum sua ontologica

possessio privata | practicae { vel effectum → sanum → alienum : → entitativum → bonum gloriae / vel entitatem → habitus → operativum → virtutis / → vitiosus

b) quae fundamentum ontologicum propriis legibus regunter

per Xtum : gratia unionis, visionis, cognitionis

| Super naturalitas / permanentia in fieri / transeuntia ad gratiam | ex bonitate de gratia

y) quae fundamentum oriuntur in Ecclesia → praecepta evangelii, ecclesiae → conditionem ut ecclesia existat / ut operetur / ut fidelis sanctificetur
→ sacramenta, potestatis sacrae

d) considerantur encyclia habitudinis humanae personae ad Deum vel legis et conditionis

communionis Ecclesiae inclusae

opposito lectori nec formato : g. quod non est Polycarpus textus

V c Resurrectio Xti est causa resurrectionis corporum III 56 1

corp 1 Cor 15 21 per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum

Habet autem hoc naturalem ordo rerum diversum substitutum

ut quodlibet causa prima producat in id quod

est sibi proportionatum et per id ipsum in alia

magis remota

ex diffusione colorum

ex illuminatione angelos remotiores per propinquiores

ad Rom Phil 3 20 Reformabit corpus humilitatis nostrae

[consimile quo ut alter Deus] conformatum corpori claritatis suae

secundum vt per conformationem ad Xtum

quod ergo Xtus in se fecit politice

causat, respectu resurrectionis, et in alio fiat

neque unus-quisque per se quam resurrectionem spiritualem

sed quamdam respectu resurrectionis Xti physicam

V d

1 Petr 2[21] vobis praedicta exemplum

descendere = potentiae in actu

" Lg. Tolkien

primum exemplum — causa exemplaris

'dat nobis exemplum sui quod quis formam possit

causa finalis

imitari consilium, praeceptum quod sequi debet

A | Qui dicebat se in tradidit se non ejus pro nobis Gal 2[20]
maiorem caritatem Jo 15
omnem tribulationem Jo 12

Deus ab qui dat vobis velle et perficere Phil 2[13]
per Xtum Dominum nostrum

C | Si cum compatimur Rom 8[17]
conformes fieri Rom 8[29]
A | Qui nos exercuit Rom 8[32]

D | Offerre hostias spirituales sacerdotium sanctum 1 Petr 2[5]
ut nos offeramus Deo 1 Petr 3[18]

B | Si quis velit post me venire,

B | ὑπέστειλεν Heb 2[10]

C | κοινωνίαν τοῦ σταυροῦ Phil 3
τοῦ θεοῦ κοινωνίτε 1 Petr 4[13]

B | Qui persecutus est in carne desiit peccatis 1 Petr 4[2]

E adimplet quae desunt Col 1[25]

Mt 5[11.5] Lc 6[22.3] Act 5[41]

tribulationem passus 1 Petr 5[10] / [6]

B | Qui pie volunt vivere 2 Tim 3[12]

C | Rom 6

Circa intelligentiam redemptionis

impedimenta amovenda

I creatura non potest agere in Deum sua physica sua moralitate
nam Deus est immutabilis : cum actu pereat necessario
Deus non accipit aliquid a creatura sed
fruit vel prohibet sed non consilium
praecipit id quod creatura facit vel peccat
Voluntas Dei est absoluta acceptatio nostra ordinationis

Ejus de relationibus inter Deum et creaturam dicendum
vera et realia de Deo dicuntur
vera et realia non dependent a nova relatione ipsa
additum ejiciendo

creatura potest facere ejus in suas relationes { acceptando in bonum / ejiciendo in malum

una falso dicitur Deum semper eodem modo se habere
veraces et rationi semper adest { amat / odit / irascitur / punit / multa incommoda

Scylla : anthropomorphismus

Charybdis : existentia dimidiata quasi Deus Epicureus

rantur inquantum sunt, inter se ordinantur, et in ultimas eorum causas reducuntur.

17. Quibus perspectis quam sit nefasta opinio essentialistarum concludes. Si enim omnis conceptus, omnis definitio, omnis scientia solas respicit essentias, aut impossibilis est metaphysica aut vacua. Si enim obiectum metaphysicae ponitur in Dei essentia, cum essentia Dei sit nobis ignota, metaphysica evadit nobis impossibilis. Sin autem obiectum metaphysicae ponitur in aliis essentiis, metaphysica nihil dicit nisi aggregationem aliarum scientiarum quarum nulla metaphysica est.

E contra, si obiectum metaphysicae dicitur, non ens in quantum essentiam habet, sed ens inquantum ens, seu id quod est inquantum est, necessario sequitur quod dantur conceptus et definitiones et saltem una scientia quae non solum essentias et essentialia respiciunt. Qua sane in scientia ille conceptus atque illa definitio maxime necessaria erit quae id quod est, seu suppositum reale, quid sit manifestat atque declarat.

SECTIO SEXTA

De persona.

18. Inde a S. Thoma persona definitur subsistens distinctum in natura intellectuali.

Natura (sensu Aristotelico) est principium motus et quietis in eo in quo est (motus vel quies) primo et per se et non secundum accidens [18].

Natura (alio quodam sensu mediaevali) est essentia substantialis prout ad operationes refertur.

Intellectualis est natura quae intelligendo et volendo circa totum ens operari potest. Nec quidquam refert utrum « natura » sumatur sensu Aristotelico an sensu posteriori.

Persona, ergo, est id quod subsistit ut distinctum in natura intellectuali.

Quia ergo persona subsistit, quae non subsistunt personae non sunt; et ideo a ratione personae excluduntur principia entis intrinseca, accidentia, possibilia, et entia rationis.

---

[18] Vide Phys. II, cc. 1 & 2.

men positiones clarae, distinctae, et inter se contradictoriae ne concipiantur quidem nisi ab iis qui aliquatenus ex-sistere inceperint cum hoc ipsum quod problema exacte innotescit ad eius solutionem plus dimidium reputari soleat.

9. Quantum autem ad adiutoria attinet quibus homo converti possit ut ex-sistere incipiat, tum inter media et finem distinguendum est, tum inter directa media et indirecta, tum inter naturalia et supernaturalia.

Et media quidem naturalia et indirecta satis obvia sunt. Qui enim loquitur, intellectu rationeque utatur necesse est; qui intellectu rationeque utitur, non solum ad sensibilia attendit sed etiam circa intelligibilia et vera occupatur; qua de causa, et antiqui Graeci loquaces et mediaevales disputationibus dediti, quasi ipsa natura humana manuducente, ad ens pervenerunt. E contra, recentiores qui solitarii systemata excogitaverint, de meditationibus suis profundissimis saepius ea deprompserunt quae eos sensismo haud liberatos manifestarent.

Iterum, qui persona humana cum personis humanis agit, et ipse intellectu et ratione utatur necesse est et de iis cogitet qui pariter intellectu et ratione utantur. Ex quo fit ut ipso hoc exercitio illa exsurgat atque confirmetur orientatio quae orientationi animalibus propriae opponatur. Homo enim quatenus non exsistit centrum quoddam apprehensionum atque appetitionum est ad quod alia omnia tamquam utilia vel inutilia referantur; neque intellectus et ratio adeo in eo dominantur ut potius cum caeteris animalis organis enumerentur; quod enim cervis est velocitas et leonibus fortitudo et serpentibus dens veneno plenus, hoc hominibus intellectus reputatur. Quatenus e contra homo ex-sistere inceperit, et universum esse ordinem quemdam intelligit, et se huius ordinis partem subordinatam iudicat, et bonum privatum communi bono postponendum esse addiscit. Quibus perspectis, sicut et loquacitas Graecorum et mediaevalis disputationum amor, ita etiam modernus personae cultus inter adiutoria est recensendus quae apta nata sint ut homo convertatur atque ex-sistat.

Attamen media huiusmodi naturalia, quia indirecta sunt, etiam illa carent efficacia ut omnem excludant deceptionem. Non enim eo modo agunt ut ipsum morbum detegant atque expellant; sed potius illos et fines proponunt et illa adiuncta inducunt et illas actiones laudant unde saepe felicem fore eventum sperari possit. Quamvis enim Graeci antiqui ad ens pervenerint, post et Academia in scepticismum et Lycaeum in empiricismum declinaverunt. Quamvis mediaevales profundissima de ente invenerint, saeculorum decimi quarti e quinti decadentiam, conceptualismum, nomi-

PROOEMIUM

Supplementi finis.

In quaestionibus christologicis etiam speculativis investigandis ita iam pridem fervet opus ut non solum tota quaedam quaestio et nova et minime detrectanda de humana Christi conscientia vehementer disputetur sed etiam de constitutione Christi ontologica theoriae perantiquae nova quadam ratione et explorentur et probentur.

Qua de causa, ne auditores in tanta sententiarum varietate quasi inermes relinquamus, ita notiones, principia, methodos scripto exponere volumus ut ab omnibus qui debitam adhibuerint diligentiam perspici possit et unde sententiae tam diversae sint ortae et quemadmodum inter eas eligendum videatur.

Quare quae hisce paginis traduntur, nisi per modum supplementi non sunt legenda. Per consueta enim manualia tum ea quae ipsam fidem respiciant tum celebriores auctorum sententiae speculativae iam notae supponuntur. E recentioribus autem opinionibus non omnes exponendas selegimus (quamvis ipsi ex omnibus aliquid saltem didicisse fateamur) sed eas praecipue quae directe vel indirecte ad methodum principiaque illustranda conferre viderentur.

Denique tandem, sicut ad haec componenda nos adduxit non scribendi otium sed munus docendi, ita non perfectio opusculi sed instantia examina nobis suadent ut quae celerius conscripsimus ad usum auditorum privatum in lucem edamus.

Argumenti natura.

Cum de Christo Deo et homine agatur, quaestio simul theologica atque anthropologica est. Cum quaestio iam disputetur, etiam methodologica est. Cum non nullis visum sit solutionem per investigationes patristicas atque conciliares exquirere, etiam historica fieri potest. Quaestionem theologicam, metaphysi-

tionem entis vacuam quidem videri sed esse plenissimam. Vacua quidem videtur, nam per solam intentionem intendentem nihil adhuc cognoscitur. Est autem plenissima, nam conceptio entis non id quod iam cognoscitur sed id in quod intenditur dicit atque significat; et cum omnia intendat, cum ad totam realitatem totius universi cognoscendam pergat, plenissima sane est.

Ulterius sequitur differentias entis non addere super ens; si enim adderent, aliquid praeter ens significarent; sed praeter ens non est nisi nihil; et ideo differentiae entis super ens addere non possunt.

Ulterius sequitur ens non esse genus; nam id est genus quod in se suas differentias non iam includat; etc., etc.

5. Consideratis ergo et quidditate entis et eius intentione tum intendente tum intenta, remanet ut de eius extensione seu denotatione dicatur.

Secundum extensionem ergo sumitur ens vel collective vel distributive. Collective enim ens dicit « omnia ». Distributive autem ens dicit « totam uniuscuiusque realitatem ».

Praeterea, secundum quod ens sumitur distributive, vel strictius vel latius dicitur.

Strictius, ens est id quod est. Ita Deus, angeli, homines, animalia, plantae, mineralia, quia ipsa sunt, entia strictius dicuntur.

Latius, ens est quod quodammodo ordinatur ad id quod est. Ita latius entia dicuntur (1) principia intrinseca entis finiti, (2) accidentia, (3) possibilia, (4) entia rationis tantum. Quorum nullum est illud ipsum quod est; et tamen horum omnia quodammodo ordinantur ad id quod est. Nam (1) principia entis ipsa non sunt sed iis aliquid est; (2) accidentium non est esse sed inesse; (3) possibilia non sunt sed esse possunt; et (4) entia rationis non esse naturale sed intentionale tantum habent.

6. Quibus perspectis, sequentia facile concludes.

Primo, adeo ens non est abstractum ut illud ipsum sit quo concretum intendere et significare possimus. Qui enim concretum dicit, rem secundum totam eius realitatem dicit. Sed nemo inter homines ullam rem secundum totam eius realitatem cognoscit. Qua de causa, non cognoscendo sed tendendo per intentionem entis intentendem concretum dicimus et significamus.

Deinde, ens est maximum non solum extensione sed etiam intentione. Quod autem Scotistas et Hegelianos decipit ut ens in-

ens. Iterum, cum finita essentia intelligatur, in ea non perspiciuntur nisi proprietates hypotheticae seu ab esse abstractae [4].

2. Unde secundum quidditatem dividitur ens dupliciter.

Primo modo, in ens per essentiam et ens per participationem.

Ens per essentiam est cuius essentia est suum esse, vel (gnoseologice) cuius essentia intellecta totum ens intelligitur.

Ens per participationem est cuius essentia non est suum esse, vel (gnoseologice) cuius essentia intellecta non intelligitur ens sed proprietates hypotheticae ex essentia profluentes perspiciuntur.

Alio modo, in ens quidditative et ens analogice.

Ens quidditative est ens prout innotescit mediante divina essentia intellecta.

Ens analogice est ens prout innotescit tum intelligendo essentias finitas tum eas comparando cum esse in iis recepto [5].

3. *Intentio* entis aut est intendens aut intenta.

Intentio quae ens intendit nihil est aliud quam ipsa intellectus acies secundum finalitatem suam naturalem seu secundum orientationem suam radicalem atque dynamicam. Intellectus enim est « quo est omnia facere et fieri ». Quare, cum « omnia » respiciat, ens respicit. Cum « omnia » respiciat secundum facere et fieri, ens respicit secundum finalitatem vel secundum orientationem dynamicam. Cum denique ipse intellectus definiatur tamquam « quo est omnia facere et fieri », haec finalitas est naturalis et haec dynamica orientatio est radicalis.

Praeterea, naturalis haec finalitas atque dynamica orientatio (1) non est inconscia sicut habitudo gravis ad locum deorsum, (2) non est sensibiliter tantum conscia sicut habitudo esurientis ad cibum, sed (3) est intellectualiter atque rationaliter conscia, cum ipsa sit illa admiratio quam Aristoteles initium iudicavit omnis scientiae et omnis philosophiae. Ex hac enim admiratione oriuntur quaestiones omnes sive circa rerum essentias (Quid sit, Propter quid ita sit) sive circa earum esse (An sit, Utrum ita sit).

Iam vero si finalitas quaedam atque dynamica orientatio est intellectualiter et rationaliter conscia, est veri nominis in-

---

[4] Legi possunt: C. Gent., II, 98 § 9; *Sum. theol.*, I, q. 54, aa. 1-3; q. 79, a. 2.

[5] Consuli potest opusculum, *De processionibus divinis*, §§ 12-14, 21-24, ubi exponuntur quid sit quidditas et qualis sit analogia entis et intellectus.

Assumptio et proprie et improprie dicitur.

Improprie dicitur assumptio tum de eo quod assumptionem producit tum de eo in quo assumptio producitur. Et quia Deus Trinus assumptionem producit, assumptio improprie et active super divinam essentiam addit relationem rationis Dei Trini ad naturam assumptam, assumptio autem improprie et passive dicit realem relationem naturae assumptae ad Deum Trinum. Haec ergo de assumptione improprie dicta sufficiant cum simillima sint ad ea quae de creatione activa et passiva communiter traduntur.

Proprie autem dicitur assumptio non secundum causas extrinsecas sed secundum causas intrinsecas. Unde distinguuntur et subiectum assumens (quod est solus Filius) et obiectum assumptum (quod est illa natura humana quae ex Maria fuit). Et utrumque, subiectum nempe et obiectum, tum secundum potentiam tum secundum actum sunt consideranda; quod enim assumit etiam assumere potuit, et quod assumitur etiam assumi potuit.

61. Potentia ergo assumendi ex parte subiecti communis est Patri, Filio, et Spiritui sancto. Quamvis enim solus Filius incarnatus sit, tamen omnes et singulae personae incarnari possunt [2]. Quare haec potentia tribus communis in divina essentia fundetur necesse est, et quidem in infinita perfectione huius essentiae. Quod enim infinitum est, restrictiones et limitationes excludit omnes; quod autem omnes restrictiones et limitationes excludit, potest esse quodlibet concipit et vult secundum infinitam suam sapientiam atque bonitatem.

Actus autem assumendi ex parte subiecti in solo Filio invenitur cum solus Filius aliam naturam assumpserit. Qui sane actus non necessarius sed contingens est, cum non incarnari potuerit Filius. Iam vero uti superius demonstratum est, quae contingenter et proprie de persona divina praedicantur vera, super divinam relationem subsistentem non addunt in divinis nisi relationem rationis tantum. Attamen, quamvis nihil addatur nisi relatio rationis, hoc minime est intelligendum quasi actus assumendi ex parte subiecti nihil reale nihilve verum diceret. Considerari enim oportet non solum id quod additur sed etiam id cui additur; et cum Filius infinitam iam perfectionem habeat, cum haec infinitas et realissima sit et

---

[2] Sum. theol., III, q. 3.

PARS IV

DE CONSTITUTIONE CHRISTI ONTOLOGICA

58. Praemissis ergo exercitiis brevioribus quae divisim finitum et infinitum respiciant, iam ad mysterium acceditur in quo infinitum atque finitum realiter in unum eumdemque Christum coniunguntur.

Et primo recolitur verum revelatum a quo incipit et in quod terminatur theologica intelligentia principalis.

Deinde in rationes divinas causasque creatas hoc verum reducitur, nempe, ex parte subiecti assumentis in potentiam actumque assumendi et ex parte obiecti assumpti in potentiam qua assumi potest et in actum quo assumitur.

Tertio, ad ipsum problema acceditur, nempe, quanam ratione vel causa haec multa in unum subsistens realiter coalescere possint. Et diversis consideratis theoris, nempe, et iis quae ponunt duo entia completa, et iis quae actuationem eminentem invocant, et iis quae a R. P. Diepen et a R. P. Xiberta nuperrime sunt propositae, ad veterem concluditur sententiam secundum quam *principium quod* unionis hypostaticae est persona Verbi et *principium quo* eiusdem est esse Verbi divinum.

Quarto denique quo facilius multa per unum apprehendantur et imperfecta intelligentia attingatur, ab hoc unionis principio incipitur et caetera ordinate deducuntur.

SECTIO PRIMA

Dogma recolitur.

59. Ad primum brevissime proceditur ea recolendo quae in dogmate catholico praedicentur et inter theologos communiter accipiantur.

Dogmatis quidem summa haec est: unum eumdemque esse et verum Deum et verum hominem; unam nempe divini

dam atque causa neque semper a subiecto separari potest; v. g., intellectus in homine est accidens quod tamen a homine separari non potest. Logice autem accidens contra essentiam dividitur et illud est quod adesse vel abesse potest salva essentia.

Neque confundi oportet analysin in causas entis ultimas cum analysi in transcendentalia et praedicamenta. Quare qui nihil aliud intendit quam reductionem entis in praedicamentum substantiae vel qualitatis vel actionis vel relationis, ad quaestiones metaphysicas non attendit.

Neque confundi oportet substantiam sensu metaphysico cum substantia sensu praedicamentali. Metaphysice enim substantia est essentia simpliciter quae est causa quaedam entis intrinseca. Sed praedicamentum substantiae respicit suppositum sive reale sive hypotheticum.

Deinde, et illud notandum est quod potentia, forma, actus multipliciter dicuntur. Supra, sensus quidam fundamentalis per analogias est declaratus, cui tamen accedunt tum alii sensus tum sequens qui ad praesens negotium multum refert. Potentia enim ad actum comparatur sicut perfectibile ad perfectionem; et secundum hoc, cum unum idemque sit et perfectibile et perfectum, ponitur theorema fundamentale compositionis metaphysicae, nempe, unum idemque est in potentia prima per potentiam et in actu primo per formam, et unum idemque est in potentia secunda per formam et in actu secundo per actum, et unum idemque est in potentia per substantiam et in actu per accidentia sua.

Tertio, quae analogiis proportionis declarantur, dupliciter considerari possunt: primo modo, inquantum tali proportioni subsint, et sic consideratio est abstracta; alio modo, ut quae tali proportioni subsunt, et sic consideratio est concreta. Porro, cum universalia non subsistant, omne ens concretum sit necesse est; et cum causae effectibus proportionari debeant, etiam omnis causa entis sive intrinseca sive extrinseca pariter concreta sit necesse est. Quare omnis consideratio metaphysica ita analogiis sive entis sive potentiae, formae, et actus uti debet ut non primo modo abstracto sed altero modo concreto ens eiusque causae intendantur.

SECTIO SECUNDA

An sint causae intrinsecae.

23. Quae quaestio non in tota sua amplitudine est a nobis consideranda sed ad duo tantum restringenda, nempe, utrum essentia finita ab esse contingenti realiter distinguatur, et